



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Æs in Carmelo monte quidem, sed is pertinuit ad portionem Isascharis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

futuram prædici volunt, in qua tam  
men nullæ aut æris aut ferri fo-  
dinæ fuerunt. Non mihi latet,  
quid pro horum sententia vir in-  
signis Andræas Masius notarit: Masius in  
Sed demus, inquit, de ferro & ære Ios. 29.31.  
locum Mosen esse. Sane id quoque  
sic cecidit. Nam, ut de Carmelo,  
Libano, Antilibano, aliis montibus  
nihil dieam, ad quos Aseritarum  
hæreditas pertinebat, quosque credi-  
bile est metalli venis abundavisse, certe  
Sarepta nomen à Metalli officinis ha-  
bet. Scilicet Carmelum, Liba-  
num & Antilibanum metalli ve-  
nis abundavisse putat Masius, qui  
montes pertinuerunt ad Ascheri-  
tarum hæreditatem, itemque Sa-  
reptam à conflando nomen habere,  
ut optime dictum fit Ascheris por-  
tionem æris & ferri fodinis futu-  
ram fœcundissimam. Sed in om-  
nibus erravit vir præstantissimus.  
De Carmelo monte est illud qui-  
dem verissimum quod in eo fuerint  
æris fodinæ: Nam de Carmelo  
Hesychius: Κέρμηλος ἀφ' οὗ χαλκὸς  
γίνεται Cermelus (h. e. Carmelus)  
unde æs gignitur. Sed is non fuit  
in Ascheritarum portione. Asche-

D s ris

## 82 De CALCEIS HEBRAOR.

ris quidem regio ad Carmelum usque montem se extendit, sed ipsa proprie pertinuit ad partem Issacharis. Ut licet Carmelum attingat à latere occidentali pars Ascheritarum, inde nequaquam dici possit in eorum regione ferri atque aeris fodinas reperiri, cum Carmelus pertineat ad portionem Ischascharis. Quin ex Carmelo non tantum aeris olim effossum fuit, ut inde dici possit *ex aere aliquo ferro esse calceamentum Ascheritarum*, h. e. eos calcare solum ferri atque aeris fodinis abundantem. Ut taceam non constare an in Carmelo, licet æs signatur, sint ferri venæ. De Libano & Antilibano, quos montes etiam recenset Masius, id quam maximè dubium est, an in iis unquam fuerint aeris & ferri fodinæ. Evidem scio χαλκολίβανον Chalcolibanum multos putare τὸν χαλκὸν εἰς τῷ Λιβάνῳ ὄρδε μεταλλευόμενον, æs ex Libano monte effossum, quæ sententia sectatores habet è veteribus complures, & nostro seculo magni nominis viros non paucos, qui æs è Libano monte olim effossum fuisse, etiam hac ratione pro-